



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Et Docta Divi Alchimi Aviti Viennensis
Archiepiscopi, & Claudij Marij Victoris Oratoris
Massilie[n]sis, poëmata, aliaq[ue] non poenitenda**

**Avitus, Alcimus Ecdicius
Marius Victor, Claudius**

Lvgdvni, 1536

Capvt XIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12149

Constanter rapit inconstans dotale venenum.
 Faucibus & patulis inimicas porrigit escas,
 Vix uno pomū libabat succida morsu
 Ingluuiies, summumq; dabat vix esca saporem;

*Et apti sunt Ecce repentinus fulgor circumstítit ora,
 oculi eorum.* Lugendoq; nouos respexit lumine visus.
Gene. 3. Non cæcos natura dedit, nec luminis usu
 Priuatum peperit formæ perfectio vultum.
 Nunc vero mage cæcus eris, cui non satis illud
 Noscere quod tantus voluit te nosse creator:
 Ad vitam vobis cernendi facta facultas:
 Nunc vero lœtū sed vestra sponte videtis:
 Tum patuisse gemūt oculos: nam culpa rebellis
 Fulsit, & obscenos senserunt corpora motus.
 Tūc primum nudos (dubium quid dicere possim
 Extinctus, natus ne pudor) circunspicit artus.
 Erubuit propriæ tunc mens sibi conscia culpæ,
 Pugnauitq; suis carnis lex indita membris.

C A P V T

XIII.

*Anxia curio
 sitas ad Adam
 incepit.* **N**Amq; hinc posteritas viciato germie duxit
 Artibus illicitis cognoscere velle futura:
 Archanisq; sacris tardos immittere sensus:
 Edita uel cœlo, vel tetro mersa profundo
Rimari

Rimari, inc̄ causas naturæ irrumpere leges:
 Quærere quām dextro quisquā sit sidere natus:
 Prospera quām ducat restantis tempora vitæ:
 Dissimilem paribus prouentum discere signis:
 Nec non & geminos vno sub tempore fusos,
 Quos indiscretus luci subduxerit orbis,
 Motibus aduersis varia sub sorte notare:
 Indigetes quosdam stellis adscribere diuos,
 Iunior antiquis ætas quos prætulit astris:
 Atq̄ infernali iamdudū mole sepultis,
 Vana per immensum disponere nomina cœlum.

C A P V T X I I I .

IAm magicam digne valeat quis dicere fraudē
 Occultas tacito tentantem pectore vires:
 Legifer ut quōdam vates sub rege superbo
 Dum noua monstraret iussi miracula signi,
 Commouit liuore magos ut talia tentent.
 Accumulentq̄ suas zelo feruente ruinas.
 Queis forsan si suppeteret non vana potestas
 Demere non etiam properarent addere monstra:
 Aemula sed signis tantum, non uiribus æqua.
 Quod remouere nequit, duplicata sustinet ira. Marsi popu
li ualeat in can
tationibus.
 Hinc est laudato quod possunt carmine marsi
 Quum